



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

186. fer. 5. de reliquis fructibus Venerabilis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Christ.*  
prof. de  
i factum  
t. lib. 6.  
gatorij,  
viris SS.  
tritur in  
7. Vene-  
fidor. de  
stam da-  
nim plu-  
ita mi-  
tij eorū:  
c. 16. 10-

*Fer. 5. Dom. infr. Oct. Corp. Christ.* 327

1. Esse Patientiam: quia patienter sustinet quemvis peccatorem: & suum inimicum.

3. Esse Amorem: quia paratus est ad inflammandum quodvis cor obstinatum.

4. Esse liberalitatem: quia vult ditare quemvis pauperrimum.

5. Esse abundantiam: quia vult satiare omne cor, licet alias satiabile.

6. Esse Claritatem: quia vult illuminare presentiam suam quemvis caecum.

7. Esse Sanctitatem: quam vult ad fervorem & devotionem excitare quemvis segnem, & indevotum.

MEDITATIO CLXXXVI.

*Christi.*  
bilis.  
im, quasi  
s Opusc.  
opus Do-  
te inflam-  
orum nos  
m agno-  
Evchari-  
idi.  
icit in ve-  
tam ma-  
ticum ve-  
s

*Fer. 5. Dom. infr. Oct. Corp. Christi.*

*De reliquis fructibus Venerabilis.*

**A**spiciam SS. Eucharistiam pleniorum fructibus, quam sit Mare guttis, Sol atomis, Firmamentum stellis, Empyrium Spiritibus beatis: quia id agit Christus in Eucharistia, quod in caelo, sed in caelis exhibet nobis innumera bona, ibidemque offert Patri aeterno, quidquid egit, vel tulit. Petam agnoscere illos fructus caelestes, & consequi.

*Conf. 1.* Quomodo Christus in Venerabili agit advocatum nostrum circa precipuum negotium salutis nostrae. In primis circa Fidem, quae tripliciter illi committitur. 1. Ne  
unquam

328 *Fer. 5. Dom. infr. Oct. Corp. Christi.*  
unquam ulla vi à vera Fide declinemus, per  
potentiam Patris. 2. Ne spiritu erroris sedu-  
camur, per Sapientiam Verbi. 3. Ut Fides no-  
stra per dilectionem omnia operetur, agente  
Spiritu sancto, ut vento in follibus. Qui hæc  
cum Christo petit, in fine vitæ suæ nunquam  
tentabitur in Fide: ita Dominus divæ Me-  
chtildi lib. 4. cap. 24. Deinde ratione Spei,  
quia Deus paratior est hominem suscipere,  
quàm ipse venire: qui nullum vult perire, ex-  
ceptis ijs, qui spontè volunt damnari: quia  
quis sapiens aurum cum labore acquisitum,  
& sibi dilectum projiceret, & perderet? quis  
nauta bona sua, cum in portum deducta  
essent, spontè in mare projiceret? sic  
non abiciet ultro animam, quam ab in-  
fantia tanto labore dilexit Deus. 3. Ratione  
Charitatis: ita ibidem Dominus S. Mechtildi  
apparens in veste sanguinea dixit: *Sicut ho-  
stiam in Ara Crucis me obtuli, sic adhuc eo-  
dem amoris affectu assisto DEO Patri, pro pec-  
catoribus omnia genera Passionis mee represen-  
tans, & hoc maxime mihi desiderabile est, ut  
peccator per pœnitentiam veram ad me con-  
vertatur, & vivat.*

*Cons. 2. Quomodo Dominus in Evcha-  
ristia liberalitate Divinæ Majestatis suæ, l. 3.  
ibid. c. 15. dicat. Ibi ego omnium vulnera san-  
guinis, & omnium paupertatem virtute dico, & omnium  
afflictio*

*Fer. 5. Dom. infr. Oct. Corp. Christi. 329*

*afflictiones relevo: & c. 17. Ad Agnus Dei,*  
1. Offero me Deo Patri cum omni exinanitione pro vobis. 2. Offero me cum omni amaritudine Passionis meæ in plenam reconciliationem. 3. Cum toto amore divini cordis in supplementum bonorum, quæ homini desunt.

*Cons. 3. Nullum esse in natura medicamentum contra omnes morbos: quia nullum habet in se qualitates contrarias aptas curandis morbis omnibus. Sola Eucharistia universalis medicina est: imò omnia: Dominus noster nunc est pars in singulis, in Salomone sapientia, in David bonitas, in Iob patientia, in Petro Fides, in Paulo zelus, in Ioanne virginitas, in cæteris cætera: in Eucharistia esca, ipse est omnia, ita D. Hieronymus. Epist. ad Adamant. Audiam nunc interrogantem Chrysostr. hom. 27. ad pop. Quare quæso, sub Apostolis virtutes edebantur, sub nobis vero nequaquam, cum idem sit Deus? & respondet: non est par usus. Petam uti SS. Eucharistiâ, sicut oportet.*

MEDITATIO CLXXXVII.

*Fer. 6. Dom. infr. Oct. Corp. Christi.*

*De negligentibus celebrare, vel  
audire Missam.*

**A**spiciam Sacerdotem in throno Altaris  
sacrificans.